

dulcius melle . & quid fortius leone .² At ille respon
dit ; Si non domasset uttulam meam . non inuenisset
suis questionem meam . O diuinum misterium .
O euidentis sacramentum . Cuiusimus inter emptorem .
potentem uicimus . Ibi nunc cibus uitae est . ubi
erat ante misere fames mortis . In salutem pericu
la . In salutem amaritudo conuertitur . Gratia
ex offensione processit . potentia ex infirmitate .
uita de morte . Sunt tamen qui e contrario pu
tent . fundari non potuisse coniugium . nisi occi
so leone de tribu iude . Et ideo in corpore eius
hoc est ecclesia . apes repestas . quae conduunt mella
sapientiae . quia post dñi passionem . magis apo
stoli crediderunt . Hunc igitur ^{si putent} leonem samson
quasi iudeus occiderit . sed in eo mel in figura re
dimende hereditatis inuenerit . ut reliquae sal
uae fierent . secundum electionem gratiae .
Et decidit inquit super eum sp̄s dñi . & descen
dit in ascalonem . & percussit inde triginta ui
ros ; Neque enim poterat uictoriam non tenere .
qui sacramenta cernebat . Accipiunt itaque